

August Varenius Balthasar Johannes Rubusch

**Collegii Theologici Controversiarum inter Ecclesias A. Conf. Invariatae, & praecipuas huius seculi sectas Synoptici Disputatio XI. De Christo, Quam Divino Numine Propitio Venerandae Facult. Theologicae Consensu, Praeside, Augusto Varenio, S. S. Theol. D. Coll. Theol. Seniore, & p. t. Decano, D. XV. Mart. An. tu Soteros cl Ic LXXXIV. In Novo Auditorio Maiori horis inde ab 8. matut. Publicae Collationi Academicae submittet Balthasar Johannes Rubusch/ Arensburgo-Oeseliensis**

Rostochii: Weplingius, 1684

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn736013970>

Druck Freier  Zugang



RU theol. 1684

Varenius, Aug. /a



49.

COLLEGII THEOLOGICI  
Controversiarum inter Ecclesias A. Conf.  
Invariatae, & praecipuas hujusseculi sectas  
Synoptici

DISPUTATIO XI.

DE

CHRISTO,

QVAM

DIVINO NUMINE PROPITIO,

Venerandae Facult. Theologicae Consensu,

PRÆSIDE,

AUGUSTO VARENIO,

S. S. Theol. D. Coll. Theol. Seniore, & p. t. Decano,

D. XV. Mart. An. 5. 21894  
D. XV. Mart. An. 5. 21894

IN NOVO AUDITORIO MAJORI

horis inde ab 8. matut.

Publica Collationi Academica submittes

BALTHASAR JOHANNES

RUBUSCH / Rubisch

Arensburgo - Oeseliensis.



ROSTOCHII, Literis JOHANNIS WEFPLINGI, Acad. Typ.

(74.) 21 1854

Comptrolleur des Finances A. Comte  
DE  
CHRISTO  
LIVRO N.º 1.º  
ABUGATO VAREMIO  
UNIVERSITÄT  
ROSTOCK

Universitäts-  
Bibliothek  
Rostock

DE OFFICIO CHRISTI, UTROQUE STATU  
ET INVOCATIONE RELIGIOSA CHRISTI  
ΘΕΑΝΘΡΩΠΟΥ ΜΕΔΙΑΤΟΡΙΣ.

Fuit haec hactenus consideratio naturarum in Christo ipsiusque unionis personalis, contra, veritatem naturarum *f. negantes, f. separantes, f. confundentes*, quod breviter complexus Leontius Bizantius: Nestorius, inquit, duas naturas fatebatur: sed non dicebat earum factam unionem, Eutyches perhibebat unam esse *ὑπόστασιν* & tam arctam unionem *ἢ ὅτι* cum homine, ut etiam de duobus una fuerit effecta natura. Ecclesia Catholica medio pergens itinere, nec duas naturas ita cum Nestorio dicit, ut non etiam unionem, nec talem dicit unionem, ut unam quoque naturam. Nestorius propter duas naturas negabat unionem. Eutyches propter unionem naturam quoque dicebat unam. Ecclesia tradit unam esse *ὑπόστασιν* duabus in naturis. Vid. ille in Tom. 4. Bibl. Patr. p. 100. 101. seq. A persona & naturis nunc procedimus ad officium, de quo esto nunc:

THESIS I.

§. 1.

**T**Riplex datur Christi officium 1. Sacerdotale idemque in cruce consummatum. (α) 2. Regium. (β) 3. Propheticum, quod competit Christo secundum utramque naturam. (γ) (α) Heb. 5. 1. 5. 6. 7. c. 6. 20. c. 7. 26. 27. c. 9. 11. seqq. (β) Joh. 18. 33. 36. 37. (γ) Deut. 18. 15. 18. Act. 7. 37.

§. 2. Falsum ergo quod superiori seculo Stancarum & cum eo Jesuitae docent: Secundum alterutram, scilicet humanam, naturam tantum, Christum munus Mediatoris exsequi. Vel ut subtilius Bellarminus errorem pingit: Principium quod operabatur opera Mediatoris fuisse DEUM humanatum: Principium

A

capitulum

*cipium quo illa opera fiebant fuisse naturam humanam non di-  
vinam lib. 5. De Christ. Med. c. 1. Neque valent illatio-  
nes Papistarum: Homo Christus est Mediator. E. tantum,  
secundum naturam humanam. Christus secundum Divinam,  
naturam fuit placandus. Ergo, non fuit placator, sive Me-  
diator. Si Christus secundum divinam naturam Mediator.  
Ergo, tota Trinitas Mediator. secundum naturam divinam  
non est Sacerdos. Ergo, nec Mediator.*

THESIS II.

§. 1.

**C**hristus, ut homo, Prophetici officii partes nõ doctus est  
per revelationem peculiarẽ, factam in speciali adscen-  
su in coelum ante initium Ministerii Personalis Evangelici,  
Matth. 4. 17. sed per unionem personalem: Neque vero  
hoc officium Propheticum executus est Christus, Legem  
Mosis augendo, vel præcepta longè perfectiora Lege Mo-  
rali ferendo: sed Legem explicando, gratuitam salutem  
docendo, promissiones vitæ aternæ jam olim revelatas  
clarissimè proponendo & confirmando. Joh. 6. 14. 38. 62.  
Matt. 5. à v. 17. usque ad finem, c. 11. 29. Joh. 1. 16. c. 3. 13. 16.  
17. 18. c. 8. 12. 28. c. 10. 27. 28. 29. &c.

§. 2. Errant ergo Sociniani, ex loco Joh. 3. 13. malè intellecto,  
Christo ante mortem Officii Prophetici solennem executionem  
adscensum in coelum, & (post intervallum aliquod, impensum  
informationi ipsius Christi, de docendis in orbe & agendis, in  
Auditorio quasi DEI Patris velut immediati Doctoris) descen-  
sum tribuentes. Conf. Catech. Racov. tit. de Off. Christi Proph. c. 1.  
p. 153. Ostorod. Instit. c. 16. p. 94. 95. Ipsumque Characterem tripli-  
cis Christi officii confundentes, sic, ut primum Characterem officii scil.  
Prophetici ponant in auctario legali decalogico & additamento no-  
vorum præceptorum moralium, ceremonialium, ac promissionis do-  
morum sancti Spiritus & vitæ aternæ, que nulla fuerint in V. Test.  
quam

quam revelationem confirmaverit morte, per quam Christus pervenerit ad supremam potestatem eximendi nos à pœna peccati. Vid. Catech. Racov. de off. Christi Proph. c. 1. 2. 3. 5. 7. Socin. I. Q. R. P. c. 5. p. 66.

### THESIS III.

S. 1.

**P**retium mortis JESU Christi Sacrificialis, ex fine primario satisfactoriæ, expiatoriæ, ex fine secundo paradigmatiæ, quæque velut ultimata ἐνδύξασα totam Christi obedientiam complectitur & adco activam non magis quàm passivam excludit: sed supponit, sive includit, non tantùm in se intrinsecè & ex condigno & intentione DEI Patris Filium tradentis & Christi se ipsum in ara crucis offerentis sufficientissimum omnibus hominibus redimendis precium fuit: sed sufficienter etiam pro omnibus & singulis peccatoribus in gratiæ statum restituendis ex gratioso ac serio DEI Patris proposito oblatum fuit: atque adeo criminalis ac vicaria eademque & vera & propria Christi satisfactio pro objecto adæquato habuit omnes omninò homines, vel omnes ex Adamo virtute naturali nascibiles, natos & nascituros (non excluso stipite) quotquot unquam fuerunt, sunt & erunt, non minus Cainum, Pharaonem, Judam, consequenter reprobatos, quàm Habelem, Mosem, Petrum & Paulum salvatos. Cont. Loc. Es. 53. 5. 11. Joh. 3. 16. 2. Cor. 5. 14. 15. 18. 19. 21. Act. 20. 28. Hebr. 9. 12. 14. 22. 25. 28. Col. 2. 14. 1. Tim. 2. 6. Heb. 10. 19. Rom. 5. 8.

S. 2. Errant E. I. Sociniani satisfactionis vicariæ, plenæ, veræ, propriæ tum activæ, tum passivæ, sacrificii item eruenti mortis Christi, cujus typi fuerint sacrificia V. T. & actum meritorium mortis Christi negantes, imò errorem puerilem, ridiculum, dogma erroneum, seductorium & maxime noxium appellantes, Vid. Socin. I. Q. R. P. p. 66. c. 5. idem in prælect. c. 6. & Catech. Racov. p. 261. 268. Ostroth. c. 37 p. 311. (ubi distinguendum, inter acceptationem & acceptilationem, & ut illa omninò concedenda, ita hæc neganda. Neque enim

fatis-



satisfactionis Christi valor acceptilatus vel æstimatus est juxta favo-  
rem DEI acceptilantis quid pro quo, prout quando acceptilantur à  
Creditore X. pro C. sed juxta accuratum æquilibrium infinitæ offen-  
sæ pariter ac satisfactionis & juxta regulam rigidæ justitiæ DEI satisfac-  
tionem exigentis, Conf. Etsi. 53. 1. 6. Matth. 5. 17. 18. Gal. 3. 10. 13. 14.)  
Ab acceptatione personæ & medii satisfactionis ad acceptilationem  
non valet consequentia. DEUS in negotio redemptionis non egit ex  
plenitudine potestatis, abstracta *Præarbitrariness*, sed ex hac ipse ordina-  
vit medium reconciliationis, neque potuit salvâ veritate & justitiâ hu-  
manum genus citra omnem satisfactionem à culpâ absolvere & in gra-  
tiam recipere. Obstabat Satisfactio judicialis Gen. 2. 17. executioni danda.  
Obstabat veritas & sanctitas divina & adeo peccata punienda erant. I. in  
peccatore, vel in Mediatore, Conf. Jel. 43. 11. Et. Rom. 3. 25. 6. Act. 13. 38. 39.  
Atq; sic ex merâ gratiâ Deus Mediatorem Christum constituit, ipsum  
Filium unigenitum pro nobis impendit & tradidit & pro solutione  
exigenda à prædonibus, satisfactionem vicariam acceptavit ab illo, qui  
pendit quod non rapuit, Psal. 69. 5. Et. 53. 4. seqq. 2. Cor. 5. 19. 20. 21.

§. 3. Errant 2. Calviniani satisfactionis objectum à solos electos  
contrahentes vid. Syn. Dord. Licet enim ex Reformatis quidam e. g.  
Josephus Hallus, Johannes Davenantius, Anglus Theologus & Epi-  
scopus Sarisburiensis, ex Germanis Bergius, Martinus, Crocius &  
alii propius ad *oppositum* hic accedere visi fuerint, negant tamen ex  
æquo Christum pro omnibus mortuum esse, & peculiarem modum mor-  
tis & satisfactionis Christi pro Electis defendunt, pro absurdo habentes  
asserere, Christum æque mortuum pro Juda abeunte ad patibulum  
quàm pro Petro (sedente ad prunam, quod idem est ac dicere: Christum non  
æq; mortuum pro uno latrone ac altero, sibi ad latus pendente) Objectum  
formale redemptionis non sunt homines impii, quatenus supponuntur  
ut jam damnati; sed peccatores lapsi. Eadem ratio hypotheticorum  
inter Reformatos, siue asserentium Christum pro omnibus hominibus  
mortuum si crediderint, quia hæc assertio resolvitur in illam: Christus  
est mortuus pro solis credentibus: & dicere, Christum mortuum pro  
omnibus sub conditione non præstabili ab omnibus, idem est quod dice-  
re Christum non mortuum esse pro omnibus, quod & à Spanhemio  
contra Amiraldam, à Maresio contra Dallæum, à Bergio contra  
Hillebrandum Brementem est notatum, prout & ab ipso Spanhemio  
recte agnitum. fidem non esse conditionem redemptionis, sed appli-  
cationis, ut absurde Emdenses in judicio p. 131. dogma: *Christum ex in-  
coitione*

entione & consilio Patris pro omnibus esse mortuum & impetrationem remissionis peccatorum ampliorem esse applicatione, habuerint pro hæresi & sic docentes pro hæreticis. Nec minus errant Calviniani longè plurimi, obedientiam JESU Christi ad solam passionem restringentes, activam, totiusque legis impletivam in causa meritoria nostra redemptionis & justificationis negantes, qua de re videantur Theologi Wittebergenfes & ab illis allegata In Demyss p. 249. seqq. ubi, quò mitissimè censuerunt, honestum silentium de hæc contraverfia perscrutere voluerunt.

#### THESIS IV.

S. 1.

**T**otus Christus *θεωσθησθε* & Spiritu, s. propriâ virtute divinâ vivificatus & à mortuis resuscitatus, post sepulturam verè & realiter ad inferos descendit & ut mortis & inferni Domitor potestatem inferorum evertit: qui fidei articulus in statu exaltationis primus simpliciter creditur, modus & circumstantia specialis, quippe imperferutabilis, tutò ignoratur, Conf. 1. Petr. 3. 18. 19. Col. 2. 14. 15. Pl. 16. 9. 10. 11. Act. 2. 26. 27.

S. 2. Errant E. Calviniani & Sociniani descensum ad inferos tropicum & panalem, non proprium & triumphalem asserendo, eundemque ad statum exinanitionis referendo & explicando, vel de verissima & propriissima, ejusdem planè cum vulgari aliorum hominum modo morte, vel de sepultura, vel de passionis & mortis Christi efficacia, vid. Smalcius, & Chamir Panstr, 1. 5. c. 3.

S. 3. Errant 2. Pontificii, 1. Descensum ad inferos tribuendo solè anime Christi separata in triduo moria. 2. Illud ubi, in quod descendit Christus, Physicum, subterraneum, terra centrum regionibus distinctum asserendo. 3. Finem descensus Christi ad inferos, educationem animarum ex Limbo ex falsâ hypothesi definiendo, vid. Bellarm. 1. 4. De Christ. c. 10. 11. 12. Catech. Rom. p. 86.

#### THESIS V.

S. 1.

**C**hristus in corpore verè & jam ante adscensione glorificato & immortali relurrexit, in quadragenâ illa dierum nõ obstante varia apparitionum Oeconomia tale corpus habuit, in quo eodem numero, corpore,

pure, non autem in Spiritum transubstantiato, peracto redemptionis  
 negotio visibiliter & motu verè locali in coelum ascendit, ad Dex-  
 tram Majestatis exaltatus invisibiliter & secundum utramque naturam,  
 non saltim virtualiter: sed & essentialiter praesens, ac plenariè, po-  
 tenter regnat in toto mundo: gratosè *in Ecclesia*: gloriosè *in Caelis*:  
 quam totius Christi in mundo praesentiam & Majestatem verè divi-  
 nam, ejus principium humanitati ratione juris & potestatis est  
*αὐτῶν* carnis & personae & *ἑνὸς* unio: proximum verò im-  
 mediatum & adaequatum, ratione, omnipraesentis regiminis, est ad  
 Dextram Patris sessio, Calviniani & Sociniani una cum utroque  
 Statu & Regno infinito negantes, ac omnipraesentiam Christi exaltati  
*crassum & pudentum errorem* appellantes, quin omne Regnum Chri-  
 sti solius Ecclesiae, sive populi fidelis limitibus circumscribentes, cras-  
 sè nimis de personali unione, Christi ascensione & sessione ad Dex-  
 tram Patris philosophantur. Conf. loc. Jo. 19. 28. 30. c. 20. 17. 20. 26. c. 21. 1. 7.  
 Luc. 24. 50. 51. 52. Act. 1. ad v. 12. Pf. 103. 19. 20. 22. Pf. 110. 1. 2. Eph. 1. 20. 31.  
 5. 4. 8. 9. 10. 11. Hebr. 7. 27. c. 8. 1. c. 9. 11. 12. 13. 24. 25. 28.

#### THESIS VI.

##### § 1.

Christus *Ἰατρωπῶν* qui, qua, & quia Mediator, & adeo se-  
 cundum utramque naturam una specie & numero religiosè ado-  
 ratione cum Patre & Spiritu S. est adorandus (α): ut tamen ratio for-  
 malis, sub qua Christus etiam qua Mediator est, adoratur, non sit ab-  
 strahenda ab ultimo fundamento adorabilitatis, quod est Deitas, sive  
 natura divina. Idem Christus sedens ad dextram DEI Patris per  
 meritum & satisfactionis ac propriissimi sacrificii in cruce non *metapho-  
 ricè*, *aut figuratè*: sed verè & propriè semel consummati represen-  
 tationem efficaciter & solus ut Sacerdos, nec sine divina potestate in-  
 terpellat pro nobis. (β)

(α) Phil. 2. 9. Hebr. 1. 6. conf. cum Apoc. 5. 12. cap. 7. 9.

(β) Rom. 8. 34. Hebr. 8. 6. c. 9. 24. 25. 26. c. 12. 24.

§ 2. Errant hic (1) Sociniani sacrificium expiatorium in cruce  
 non nisi meconymicè & improprie esse factum: In caelis autem ad dex-  
 tram Patris, idem proprie consummari & fieri, neque verò per  
 actum satisfactoris & intercessoris: sed supremi vindicis suo-  
 rum, ex potestate quam per mortem sibi acquisivit, asserendo,  
 atque adeo utrumque actum officii Sacerdotalis & Mediatoris  
 abne-

abnegando, universum autem illud, quod vero officio Sacerdotis  
substituunt, demum post ascensionem ad caelum ponendo, vid.  
Catech. Racov. de Off. Christ. Sacerd. p. 324. & de Off. Proph. p. 261.  
Socin. I. Q. R. P. p. 66. Ostorod. Inst. cap. 37. pag. 325. Crell. de Satisf.  
p. 472. 473. Errant quoque iidem, Christum esse non naturam Deum, pro-  
fiteutes, non nisi oblationem revelandi & pangendi novi foederis Me-  
diatorem, vel 1. adorandum & invocandum, vel 2. adorandum qui-  
dem: sed non necessario invocandum (nisi secundum quid, ut de ce-  
tero majoris perfectionis sit, recte ad ipsum DEUM sine Christo acce-  
dere & preces ad DEUM sic dirigere, ut eadem bona tum à Christo  
non petimus,) vel 3. nec adorandum nec invocandum esse, in quas tres  
sectas dividuntur Sociniani.

§. 3. Errant 2. Pontificii carnis Christi seorsim consideratae, pro-  
pter unionem ad Verbum *ἐπεὶ ἄλλως* tribuentes, non autem hæretici  
nisi secundum divinitatem, Conf. Bellarm. de Sanct. Beat.

§. 4. Errant Remonstrantes, cultum & honorem quem Christo  
deferri volunt ob singularem quandam potestatem ac dignitatem eco-  
nomicam, ad quam ut Mediator à Patre sit effectus, diversum constitu-  
entes cultum ab eo qui DEO debetur: Quin Theologi Leidenses in cen-  
sura confessionis c. 16. Remonstrantibus tribuunt Syncretismum cum  
Nestorianis, sicut naturas in Christo dividuntibus: sic quoque cultus  
species distinguuntibus, quod sc. alio cultus genere Christum ut Filium  
DEI, alio Christum ut Mediatorem, propter officium ejus solum affi-  
ciendum contendant, & opponunt illis ex concilio Ephesino Anathem.  
Cyrill. 8. Si quis non una adoratione Emanuelem adorat, unamque  
illi glorificationem attribuit, quatenus Verbum caro factum est, ana-  
thema sit, & illud Athanasii: *Agnoscamus unam naturam divini Ver-  
bi incarnatam, qua simul cum sua carne UNA ADORATIONE ado-  
ratur.* Et tamen iidem in Cens. ad c. 2. distinguunt inter gloriam ec-  
onomicam Christo tanquam Mediatori propriam & gloriam essentia-  
lem divinam à Patre ab æterno Filio communicatam, quin, negant glo-  
riam verè divinam, & sic Majestatem adorabilitatis humanæ naturæ esse  
communicatam, nisi quatenus ipsa divinitas adorabilis unitur, ac glo-  
riam adorationis, fiduciæ & spei Christo non adscribunt, nisi ut DEO  
Creatori in secula benedicto, vel Mediatori tantum ut DEO, quin, in  
una illa adoratione merè divina personæ Mediatoris terminum obje-  
ctivum ponunt tantum divinam naturam, humanam autem naturam  
& offi-

& officium Mediatoris quoad naturam humanam, saltem habent velut  
 objectum considerationis, & adjunctum inseparabile & ἐνωμένον,  
 & hoc sensu rectè dici: *UNICA ADORATIONE totum Christum*  
*Ἰσοῦπονν* esse adorandum. Manet adeo Syncretismus Sociniano-  
 Calviniano-Arminiano-Papisticus: *Gloriam illam æconomicam Chris-*  
*to inquam Mediatori nostro propriam, saltem non esse, ut propter il-*  
*lam dici possit DEUS verus & æternus, nec adeo illam argumentum*  
*esse posse vera Christi divinitatis, atq; sic ab adorando ad verum Deum.*  
*N. V. C.* Sed prius vid. in Cens. ad c. 3. p. 52. E. & secundum quod  
 volunt Armeniani in Exam. Cens. ad c. 3. & 16.

S. 5. Rectè pii Veteres, *Caro*, inquirunt, *adoranda est non secun-*  
*dum sui naturam* (h. e. in abstracto) *sed ut caro ipsius Filii DEI* (h. e.  
 in concreto) *quatenus illa caro subsistit non in sua propria humana*  
*hypostasi, sed ἐν αὐτῷ τῷ λόγῳ in ipso Filio DEI.* Quomodo Da-  
 maſcenus lib. 4. c. 3. de Orthod. Fid. *Caro secundum sui naturam non*  
*est adorabilis: Adoratur autem in incarnato DEI Verbo, non propter*  
*se ipsam: sed propter conjunctum ipsi secundum hypostasin DEUM*  
*Verbum.* Et non dicimus, quod nudam carnem adoremus, sed car-  
 nem DEI, i. e. incarnatum DEUM. Quomodo Augustinus: *Ego, in-*  
*quit, Dominicam carnem imò perfectam in Christo humanitatem pro-*  
*pterea adoro, quod à divinitate suscepta & Deitati est unita.* Quo-  
 modo Christus à cunctis Angelis secundum carnem adoratur, unde  
 ex Chrysoſtomo Theophylactus, *humana, inquit, natura prius con-*  
*demnata, nunc unita DEI Verbo personaliter in celo sedet & ab an-*  
*gelis adoratur.* Item Cyrillus: *Filius DEI in carne adoratur; quæ*  
*est unanimitis totius orthodoxæ antiquitatis sententia.* Estque unus  
 idemque sensus utriusque hujus propositionis: *Caro Christi per &*  
*propter unionem adoratur.* Item: *Filius Mariae quæ homo est, pro-*  
*pter unionem hypostaticam adoratur.* Utraque scil. locutio est  
 in concreto, neutra in abstracto, atque sic nobis *θεοσωμείας*  
*σοικωμείας* Θεός κ' ἡ σὰρξ ἐν τῷ σοικωμείας Θεῷ λόγῳ  
*μία θεοσωμείας*, quæ fides fuit & est & erit  
 Catholica.



*Ad*  
PRÆCELLENTEM JUVENEM  
DN. BALTHASAREM JOHANNEM  
RUBUSCH/  
S. S. Th. Cultorem Solertissimum  
*publicè*  
RESPONDENTEM  
In  
ARTICULO  
De  
CHRISTO.

\*\*\*      \*\*\*      \*\*\*

O Escla cœruleo jacet Insula fulgida Ponto,  
Prospiciens Portus, Splendida Riga, tuosq;  
Cui non certarit, sive ultima Thule, vel Orcas,  
Et quæ non aliâ est Relligione minor.  
Testis ades vivus, RUBUSCHI, docta Theatra,  
Sunt testes studii, cum Pietate, tui.  
Delicium tibi Scripturæ sunt undique Sanctæ,  
Scire tuumque magis nil nisi CHRISTUS erit.  
Cui te Sacraisti totum, qui Te inseret astris,  
Et cum cœlicolis vivere Secla dabit.

AUGUSTUS VARENIUS, D.

*Perplacet haut paucis ignavam vivere vitam,  
Perq; dies quosvis otia fœda sequi.  
Ast alia est longè Tibi mens, Popularis amanda,  
Id quod, dum doctè differis, arte probas.  
Gratulor ergo Tibi, studiis incumbere porro  
Sic pergas; nam mox præmia digna feret.*

Pauca hæc in debiti officii erga Nob. |Dn. |Respondentem  
tesseram adjicere debuit

M. DANIEL Lihmann.

Rigã Livonus.

}Dogma-

**D**Ogmata de CHRISTO priscis abscondita seclis;  
Rite tuò nobis differis ingenio,  
Pauca loquor, sed multa precor, si currere pergas;  
Mox veniet studiis pulchra Corona tuis.

*Nobilissimo & Doctiss. Dn. Respondenti Contermeo  
Amicò, honoratiss. affectum sincerissimum  
testabatur*

**JOHANNES Helling /**  
Reval. Livon.



**L**argas ingenii dotes, & munera mentis,  
Jam dudam curâ vigiliq; labore parata,  
**M. RUBUSCH** pandis, tua dum inclementia vulgas?  
Gratulor his ausis, adsit tibi summus Iovae.

*Clarissimo Doctissimoque Dn. Respondenti Sympatriotæ,  
Fautori, ac Affini estimatissimo, paucula hæc in  
sinceri affectus tesseram apposuit*

**PEIRUS Kniper /**  
Reval, Livon.



**E**st animus Tibi jam sub clarò Umbone VARENI,  
Declarare palam, quid valeant humeri.  
Gratulor ex animo de tanto *Προσγυμνασίῳ*, Amice,  
Apprecor & studiis prospera quæque tuis.

*Hæc paucula Clarissimo Dn. Respondenti Amico,  
Commensali & Contermeo suo candido  
gratulando adjicere volui:*

**MARTINUS THEOPHILUS LIBIUS,**  
Livonus.







abnegando, universum autem illud, quod  
sibi substituunt, demum post ascensionem ad  
Catech. Racov. de Off. Christ. Sacerd. p. 324. &  
Socin. I. Q. R. P. p. 66. Ostorodus Inst. cap. 37.  
p. 471. 473. Errant quoque iidem, Christum esse  
fidentes, non nisi oblationem revelandi & pa-  
diatorem, vel 1. adorandum & invocandum,  
dem: sed non necessariò invocandum (nisi sec-  
teso majoris perfectionis sit, v. Et ad ipsum DE-  
dere & preces ad DEUM sic dirigerè, ut eade-  
nom petamus,) vel 3. nec adorandum nec invo-  
sectas dividuntur Sociniani.

S. 3. Errant 2. Pontificii carnis Christi se-  
pter unionem ad Verbum ~~et~~ epò & licet tribuen-  
nisi secundum divinitatem, Conf. Bellarm. de

S. 4. Errant Remonstrantes, cultum &  
deferri volunt ob singularem quandam potesta-  
nomicam, ad quam ut Mediator à Patre sit epò-  
entes cultum ab eo qui DEO debetur: Quin Th-  
sura confessionis c. 16. Remonstrantibus tribu-  
Nestorianis, sicut naturas in Christo dividit  
species distinguentibus, quod t. c. alio cultus gen-  
DEI, alio Christum ut Mediatorem, propter  
ciendum contendant, & opponunt illis ex concii  
Cyrill. 8. Si quis non una adoratione Eman-  
illi glorificationem attribuit, quatenus Verbum  
thema sit, & illud Athanasii: Agnosceamus una  
bi incarnatam, qua simul cum sua carne UN-  
ratur. Et tamen iidem in Cent. ad c. 2. disting-  
canonicam Christo tanquam Mediatori propri-  
tem divinam à Patre ab æterno Filio communica-  
riam verè divinam, & sic Majestatem adorabilitè  
communicatam, nisi quatenus ipsa divinitas ad-  
riam adorationis, fiduciæ & spei Christo non à  
Creatori in secula benedicto, vel Mediatori tan-  
una illa adoratione merè divina personæ Med-  
etivum ponunt tantum divinam naturam, hu-

Sacerdo-  
do, vid.  
p. 261.  
de Satisf.  
um, pro-  
deris Me-  
um qui  
ut de ce-  
sso asce-  
Christo  
quas tres  
  
cia, pro  
latragia  
  
n Christo  
tem aco-  
constitu-  
in cen-  
um cum  
de cultus  
Edium  
lum aff-  
nathem.  
unamq;  
st, ana-  
uni Ver-  
NE ado-  
riam &  
essentia:  
tant glo-  
turæ esse  
, ac glo-  
ut DEO  
quin, in-  
um obje-  
naturam  
& offi-

